



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

Titvli Canonvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

gis Arnulphi electionem huic Synodo congregandæ occasionem aliquam præbuisse. De Luitberto archiepiscopo qui Concilio præfuit, de eiusque rebus præclare gestis, plurima scribit Serarius libro quarto historiæ Moguntinæ.

**1<sup>a</sup> CONCILIVM METENSE**  
IN REGNO LOTHARII A BELGICÆ PRIMÆ  
episcopis sub Arnulpho rege celebratum Kalendis  
Maii, anno Christi, vt coniectura est, DCCCXXCVIII.  
Stephani papæ V. anno III. Odonis regis primo.

TITVLI CANONVM.

- |  |  |
|--|--|
| I. <i>Quod pax a Paganis, &amp; contumacibus Christianis per emendationem morum a Deo imploranda sit.</i>  | <i>smo suscipiunt.</i>   |
| II. <i>Vt decimas ecclesia solus sacerdos accipiat: vt nullam illarum partem laici seniores usurpent.</i>  | VII. <i>Vt nemo cum Iudæis edat, aut bibat.</i>  |
| III. <i>Vt vnus presbyter vnam solummodo habeat ecclesiam.</i>   | VIII. <i>Vt Misse in locis non consecratis non fiant: &amp; basilica a chorepiscopis consecrata ab episcopis consecrentur.</i> |
| IV. <i>Vt de manso ecclesie nullus census exigatur: &amp; ne pro sepultura precium detur.</i>  | IX. <i>De duabus sanctimonialibus obfacinus in ergastulum retrusis: &amp; de diacono sacrilegium confesso.</i>                 |
| V. <i>Vt nullam in domo sua feminam habeant sacerdotes.</i>  | X. <i>Excommunicati qui Folcardum presbyterum euirarant.</i>   |
| VI. <i>Vt presbyteri libros &amp; vestimenta sacerdotalia ostendant episcopo, &amp; chrisma sub sera custodiant: clerici armis, aut laicorum indumentis non vtantur: &amp; de iis qui infantes in bap-</i> | XI. <i>Excommunicati prouincia vastatores: item Theodricus &amp; Lambertus.</i>  |
|  | XII. <i>Excommunicati qui communionem habebant cum excommunicatis.</i>   |
|  | XIII. <i>Preces cum triduo ieiunio indictæ pro rege.</i>   |

PRÆFATIO.

**A**NNO ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi DCCCXXCVIII. regni domini Arnulphi gloriosissimi regis primo, die Kalendarum Maiarum acta est Synodus in suburbio Metensis ciuitatis, in ecclesia sancti Arnulphi, ab archiepiscopo venerabili Ratbodo Treurenfi, & a Rotberto prædictæ ciuitatis præfule. Dado quoque Viridunensis ecclesiæ reuerentissimus episcopus, & Arnoldus Tullensium episcopus, & Stephanus vene-